

PRUEBA PRÁCTICA

TEXTO EN PROSA PARA TRADUCIR SIN DICCIONARIO

C. IULIUS CAESAR, *De bello gallico*, IV, 6-8

Principibus Gallice evocatis Caesar ea quae cognoverat dissimulanda sibi existimavit, eorumque animis permulsis et confirmatis equitatuque imperato bellum cum Germanis gerere constituit.

Re frumentaria comparata equitibusque delectis iter in ea loca facere coepit, quibus in locis esse Germanos audiebat. A quibus cum paucorum dierum iter abesset, legati ab iis venerunt, quorum haec fuit oratio: Germanos neque priores populo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si lacesantur, quin armis contendant, quod Germanorum consuetudo haec sit a maioribus tradita, quicumque bellum inferant, resistere neque deprecari. Haec tamen dicere: venisse invites, eiectos domo; si suam gratiam Romani velint, posse iis utiles esse amicos; vel sibi agros attribuant vel patiantur eos tenere quos armis possederint: sese unis Suebis concedere, quibus ne di quidem immortales pares esse possint; reliquum quidem in terris esse neminem quem non superare possint.

Ad haec Caesar quae visum est respondit; sed exitus fuit orationis: sibi nullam cum iis amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent; neque verum esse, qui suos fines tueri non potuerint alienos occupare; neque ullos in Gallia vacare agros qui dari tantae praesertim multitudini sine iniuria possint; sed licere, si velint, in Ubiorum finibus considerare, quorum sint legati apud se et de Sueborum iniuriis querantur et a se auxilium petant: hoc se Ubiis imperaturum.

PRUEBA PRÁCTICA

TEXTO EN VERSO PARA TRADUCIR CON DICCIONARIO Y COMENTARIO
(fonético-morfológico y métrico)

P. Ovidii Nasonis *Metamorphoseon VIII*, 183-200

*Daedalus interea Creten longumque perosus
exilium tactusque loci natalis amore
clausus erat pelago. 'terras licet' inquit 'et undas
**obstruat: et caelum certe patet; ibimus illac:
omnia possideat, non possidet aëra Minos'**
**dixit et ignotas animum dimittit in artes
naturamque novat. nam ponit in ordine pennas**
a minima coeptas, longam brevior sequenti,
ut clivo crevisse putes: sic rustica quondam
fistula disparibus paulatim surgit avenis;
tum lino medias et ceris alligat imas
atque ita conpositas parvo curvamine flectit,
ut veras imitetur aves. puer Icarus una
stabat et, ignarus sua se tractare pericla,
ore renidenti modo, quas vaga moverat aura,
captabat plumas, flavam modo pollice ceram
mollibat lusuque suo mirabile patris
impediebat opus.*

REPERTORIO DE PREGUNTAS

1. Traduzca el texto anterior.
2. Realice comentario morfológico del siguiente pasaje:

*"nam ponit in ordine pennas
a minima coeptas, longam brevior sequenti,
ut clivo crevisse putes"*
3. Mida y comente, desde el punto de vista métrico, los versos resaltados en negrita.
4. Centre el comentario fonético del fragmento en los 4 términos subrayados en el texto.

PRUEBA PRÁCTICA

TEXTO EN PROSA PARA TRADUCIR CON DICCIONARIO Y COMENTARIO
(*sintáctico-estilístico, sociocultural o histórico*)

Titi Livii *Ab urbe condita*, liber XXX, 30, 2

*Paulisper alter alterius conspectu, admiratione mutua prope attoniti, conticuere; tum Hannibal prior: [...] “quod ad me attinet, iam aetas senem in patriam reuertentem unde puer profectus sum, iam secundae, iam aduersae res ita erudierunt ut rationem sequi quam fortunam malim: tuam et adulescentiam et perpetuam felicitatem, ferociora utraque quam quietis opus est consiliis, metuo. non temere incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. quod ego fui ad Trasumennum, ad Cannas, id tu hodie es. uixdum militari aetate imperio accepto omnia audacissime incipientem nusquam fefellit fortuna. patris et patruī persecutus mortem ex calamitate uestrae domus decus insigne uirtutis pietatisque eximiae cepisti; amissas Hispanias reciperasti quattuor inde Punicis exercitibus pulsus; **consul creatus, cum ceteris ad tutandam Italiam parum animi esset, transgressus in Africam duobus hic exercitibus caesis, binis eadem hora captis simul incensisque castris, Syphace potentissimo rege capto, tot urbibus regni eius, tot nostri imperii ereptis, me sextum decimum iam annum haerentem in possessione Italiae detraxisti. potest uictoriam malle quam pacem animus”.***

REPERTORIO DE PREGUNTAS

1. Traduzca el texto anterior.
2. Comente, a nivel sintáctico, el fragmento del texto resaltado en negrita.
3. Seleccione una de estas opciones para el comentario sociocultural o histórico:
 - opción a) **“senem”** y **“adulescentiam”**
 - opción b) **“decus insigne uirtutis pietatisque”**
 - opción c) **“Trasumennum”** y **“Cannas”**
4. Identifique y justifique, a nivel estilístico, las figuras retóricas del siguiente pasaje:
“tot urbibus regni eius, tot nostri imperii ereptis”

CÓDIGO DEL CUERPO: 590	ESPECIALIDAD: LATÍN	IDIOMA: CASTELLANO	FECHA: 19-VI-2021
------------------------	---------------------	--------------------	-------------------

PRUEBA PRÁCTICA

TEXTO EN PROSA PARA TRADUCIR SIN DICCIONARIO

C. IULIUS CAESAR, *De bello gallico*, VII, 26-27

Omnia experti Galli, quod res nulla successerat, postero die consilium ceperunt ex oppido profugere hortante et iubente Vercingetorige. Id silentio noctis conati non magna iactura suorum sese effecturos sperabant, propterea quod neque longe ab oppido castra Vercingetorigis aberant, et palus, quae perpetua intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat. Iamque hoc facere noctu apparabant, cum matres familiae repente in publicum procurrerunt flentesque proiectae ad pedes suorum omnibus precibus petierunt, ne se et communes liberos hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendam fugam naturae et virium infirmitas impediret. Ubi eos in sententia perstare viderunt, quod plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit, conclamare et significare de fuga Romanis coeperunt. Quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum viae praeoccuparentur, consilio destiterunt.

Postero die Caesar promotam turri perfectisque operibus quae facere instituerat, magno coorto imbri non inutilem hanc ad capiendum consilium tempestatem arbitratus est, quod paulo incautius custodias in muro dispositas videbat, suosque languidius in opere versari iussit et quid fieri vellet ostendit. Legionibusque intra vineas in occulto expeditis, cohortatus ut aliquando pro tantis laboribus fructum victoriae perciperent, eis qui primi murum ascendissent praemia proposuit militibusque signum dedit. Illi subito ex omnibus partibus evolaverunt murumque celeriter compleverunt.

PRUEBA PRÁCTICA

TEXTO EN VERSO PARA TRADUCIR CON DICCIONARIO Y COMENTARIO
(fonético-morfológico y métrico)

P. Ovidii Nasonis *Metamorphoseon VI*, 26-41

*Pallas anum simulat: falsosque in tempora canos
addit et infirmos, baculo quos sustinet, artus.
tum sic orsa loqui 'non omnia grandior aetas,
quae fugiamus, habet: seris venit usus ab annis.
consilium ne sperne meum: tibi fama petatur
inter mortales faciendae maxima lanae;
cede deae veniamque tuis, temeraria, dictis
supplice voce roga: veniam dabit illa roganti.'
adspicit hanc torvis inceptaque fila relinquit
vixque manum retinens confessaque vultibus iram
talibus obscuram resecuta est Pallada dictis:
'mentis inops longaque venis confecta senecta,
et nimium vixisse diu nocet. audiat istas,
si qua tibi nurus est, si qua est tibi filia, voces;
consilii satis est in me mihi, neve monendo
profecisse putes, eadem est sententia nobis.*

REPERTORIO DE PREGUNTAS

1. Traduzca el texto anterior.
2. Realice comentario morfológico del siguiente pasaje:
"tum sic orsa loqui 'non omnia grandior aetas,
quae fugiamus, habet"
3. Mida y comente, desde el punto de vista métrico, los versos resaltados en negrita.
4. Centre el comentario fonético del fragmento en los 4 términos subrayados en el texto.

PRUEBA PRÁCTICA

TEXTO EN PROSA PARA TRADUCIR CON DICCIONARIO Y COMENTARIO
(*sintáctico-estilístico, sociocultural o histórico*)

Titi Livii *Ab urbe condita*, liber XXX, 31

Aduersus haec imperator Romanus in hanc fere sententiam respondit: “non me fallebat, Hannibal, aduentus tui spe Carthaginenses et praesentem indutiarum fidem et spem pacis turbasse; [...] quod ad me attinet, et humanae infirmitatis memini et uim fortunae reputo et omnia quaecumque agimus subiecta esse mille casibus scio; ceterum, quemadmodum superbe et uiolenter me faterer facere, si, priusquam in Africam traiecissem te tua uoluntate cedentem Italia et imposito in naues exercitu ipsum uenientem ad pacem petendam aspernarer, sic nunc, cum prope manu conserta restitantem ac tergiuersantem in Africam attraxerim, nulla sum tibi uerecundia obstrictus. proinde si quid ad ea in quae tum pax conuentura uidebatur, quasi multa nauium cum com meatu per indutias expugnatarum legatorumque uiolatorum, adicitur, est quod referam ad consilium: sin illa quoque grauia uidentur, bellum parate quoniam pacem pati non potuistis.” ita infecta pace ex conloquio ad suos cum se recepissent, frustra uerba temptata renuntiant: armis decernendum esse habendamque eam fortunam quam di dedissent.

REPERTORIO DE PREGUNTAS

1. Traduzca el texto anterior.
2. Comente, a nivel sintáctico, el fragmento del texto resaltado en negrita.
3. Seleccione una de estas opciones para el comentario sociocultural o histórico:
 - > opción a) “naves”
 - > opción b) “imperator”
 - > opción c) “Hannibal”
 - > opción d) “Fortuna”
4. Identifique y justifique, a nivel estilístico, las figuras retóricas del siguiente pasaje:
“bellum parate quoniam pacem pati non potuistis”